

De sanctis

interpretatur. Habuit ergo obedientiam p[ro]cepto[rum] per executionem. tristitiam afflictorum per compassionem. zelum aiarum per constantem feruorem. Judas interpretatur confitens vel gloriosus. vel iudas quasi iubiliu[m] d[omi]ni. Ipse enim habuit confessionem fidei. gloriam regni et iubilum interni gaudij. Sic multiplex habuit cognomen. dicitur enim Judas. Secundo dicitur thadeus quod interpretatur apprehendens principem vel dicitur thadeus a tharea et deus. tharea dicitur esse vestis regia. deus per ornamentum virtutum per quam apprehendit principem xpm. Vel thadeus quasi tam deus. i. magnus deus. scilicet per adoptionem. Tercio dicitur e[ss]e i[n] hist. ecclesie. lebeus quod sonat quasi cor vel corculus. i. cordis cultor. vel lebe[us] quasi lebes. Cor per magnanimitatem. Corcul[us] per puritatem. Lebes per gratiam plenitudinem. quod quasi olla et vas virtutum et gratie esse potest. Eorum passionem scripsit abdias ep[iscopu]s babilonie ab ipsis apostolis ordinatus. Quaz[er]opus ab die discipulus transiit in grecum africanus in latinum.

De sanctis Hymone et Iuda.

Hymochanane

us. et iudas qui et thadeus fuerunt fratres iacobi minoris et filij marie de eopbe que alpeo nupta fuit. Judas vero ad abagarum regem edisse a thoma missus fuit pro d[omi]ni ascensionem. Legitur enim in histo. ecclesie. quod predicans rex abagarus d[omi]no nostro ihesu xpo in hunc modum ep[istolam] destinavit Abagarus eucharie filius ihesu saluatori homini qui apparuit in locis iherosolimo[rum] cum salutem. Audisti est mihi de te et sanitate quas facis quod sine medicamentis aut herbis sicut ista per te. et propter cecos facis videre. claudos ambulare. leprosos mundari. et mortuos reuiuiscere. Quibus omnibus audisti de te statui in animo meo. num esse e[st] de vobis. aut quis tu sis deus et descenderis de celo ut hoc facias. aut quod filius

Hymone et Iuda

us dei sis qui hoc facis. Propterea ergo scribens rogauerim te ut digneris fatigari usque ad me. et egredere in eam qua diu laboro curare. Nam illud comp[er]i quod iudei murmurant aduersum te et volunt infidari tibi. Veni ergo ad me quod est mihi patria ciuitas: scilicet honesta que vrisque sufficet. D[omi]nus autem ihesus in hec verba sibi r[ati]o[n]e. D[omi]nus es qui credidisti in me cum ipse non videris me. Scriptum est enim de me. quod hi qui me non vident. credent. et hi qui vident non credent. De eo autem quod scripsisti ad me ut veni ad te optet me omnia hec complere. propter que missus sum. et postea me recipi ab eo a quo missus sum. Tu ergo assumptus fueris aliquando de discipulis meis mita ad te. ut curet te p[ro]p[ri]am diuinam et viuificet te. Hec in hist. ecclesie. videtur autem Abagarus quod p[ro]p[ri]aliter xpm videre non posset fin[em] quod i[n] qua da[m] historia antiqua inuenitur. sicut Joban. da[m]n. li. iij. testatur pictorem quendam ad ibe sum misit ut d[omi]ni imaginem figuraret et sic ipsum saltem per imaginem contingeret que in facie videre non poterat. Sed cum ad eum pictor venisset propter nimium fulgorem qui ab eius facie precebat: in eius facie claritate nequibat intendere. nec eam ut sibi iustum fuerat figurare. Quod dum cerneret d[omi]ni vestimentum linum ipsius pictoris accipiens et sue faciei imponens: super ipsam imaginem eidem impressit. ac desideranti regi Abagaro destinavit. Cuiusmodi autem imaginis dominus fuerit in eadem historia legitur: sicut ibidem testatur Jobanes da[m]nascenus. Fuit enim ut ibi dicitur bene oculatus. bene superciliosus. longum habens vultum et acinum quod est signum maturitatis. Illa autem epistola domini nostri ihesu xpi tante virtutis esse dicitur quod in illa ciuitate edissa nullus hereticus vel paganus viuere valeat. nec tyrannus aliquis eidem nocere presumat. Nam si aliquando gens aliqua armata manu illam ciuitatem intrare rit in fas alijs supra portam sanctam ep[istolam] illam legit et eorum die aut tunc fugiunt aut pacari cum eis